Quid dicã de vſuris q̃s etiam ipſe leges ⁊ iudices reddi[c] iubent? An crudelior eſt qui ſubtrahit aliq̃d vel eripit diuiti ꝗ̃ q̃ trucidat pauperem fenore? Hec vtiq₃ atq₃ huiuſmodi male vtiq₃ poſſidentur, ⁊ vellẽ vt reſtituerentur: ſed non eſt quo iudice repetantur. Jam vero prudenter intueamur, quod ſcriptu₃ eſt[d]: Fideli homini totus[e] mũdus diuitie ſunt: infideli autẽ nec obolus[f]. Nõne oẽs qui ſibi vident gaudere cõquiſitis, eiſq₃ vti neſciũt, alienũ[g] poſſidere cõuincimꝰ? Hoc enĩ certe alienũ nõ eſt qđ iure poſſidetur. hoc autẽ iure poſſidet qđ iuſte: et hoc iuſte, qđ bene. Omne igit quod male poſſidetur, alienu₃ eſt. male autem poſſidet q̃ male vtitur. Porro a quo vſure exigende ſint, Ambroſius teſtatur dicens.

¶ Ab illo exigere vſurã poſſumus cui iure nocemus.

Ab illo exige vſuram cuiꝰ[h] merito nocere deſideras: cui iure inferũtur arma. huic legitime auferuntur vſure, quem bello vincere non potes. ab hoc vſurã exige quẽ non ſit crimen occidere. ſine ferro dimicat qui vſuras flagitat. ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur qui fuerit vſurarius exactor inimici. Ergo vbi ius[i] eſt belli, ibi ius vſure.

¶ Queſtio. v.

Quod ꝟo eleemoſyne non ſint faciende ex fenore vel vſuris, nec q̃libet male acquiſito Aug. teſtatur in libro de verbis domini tractatu. xxxv.

¶ De vſuris eleemoſyne fieri non poſſunt.

Nolite velle eleemoſy-nas facere de fenore et vſuris[a]. Item Auguſtinus.

¶ Oblatio de rapina reprobatur.

Immolās ex iniq̊, oblatio eſt maculata. Dona iniquorū non ꝓbat altiſſimus: nec reſpicit in oblationibus iniquoꝝ[b]: nec in multitudine[c] ſacrificioꝝ eoꝝ ꝓpitiabitur pctis. Qui offert ſacrificiū de ſubſtātia pauperis, q̄ſi qui victimat filium in ꝯſpectu patris ſui. Panis egētiū, vita pauperꝫ eſt, q̄ defraudat illū homo ſanguinis[d] eſt. q̄ effūdit ſanguinē, ꝛ q̄ fraudē facit, neceſſario fratres[e] ſunt.

Item Auguſt. in homilia.

¶ Nō eſt aliqd rapiendū diuitibus vt detur egenis.

Forte aliq̄s cogitat et dicit: multi ſunt xp̄iani diuites auari cupidi: non habebo[f] pctm̄ ſi ſuū illis abſtulero ꝛ pauperib⁹ dedero. vn̄ em̄ illi nil boni agūt, mercedē habere potero. ſed hmōi cogitatio ei diaboli calliditate ſuggeritur. nam ſi totum tribuat pauperib⁹ qd̄ abſtulerat: addit potius pctm̄ q̄ minuat.

Item Hierony.

¶ De eodem. Palea.

Nemo q̄ rapit, moriens ſi hꝫ vnde reddat ſaluatur. Si eos quoꝝ fuit, inuenire nō poterit: eccleſie vel pauperibus tribuat.

Item Ambro.

¶ De eodem. Palea.

Rapinā emere nō lꝫ, niſi ea intētione vt cui eſt ablata reſtituat. Itē Aug.

¶ Furtum cōmittit qui inuētum non reddit.

Si q̄d inueniſti[g], et non reddidiſti, rapuiſti: q̄ꝫtuꝫ potuiſti, feciſti. q: plus nō inueniſti, ideo pl⁹ nō rapuiſti q̄ alienū negat: ſi poſſet, ꝛ tolleret. de⁹ cor interrogat, non manum. Item Grego.

---

¶ Caſus. Hic intitulat quinta queſtio, vbi querit an ex vſuris ꝛ rebus male acquiſitis poſſint eleemoſyne fieri. Et certe quidā dicunt ꝙ ex nulla re illicite acquiſita poteſt eleemoſyna fieri: vt. ĩ. eleemoſyna. et. j. q. j. non eſt putāda. vbi dicitur: Honora dominum de tuis iuſtis laboribus. ꝛ in Deute. Non accipies mercedē ꝓſtibuli. Alij diſtinguunt vtrum trāſferatur dominiū vł nō. Ubi nō trāſfertur dominium, de rebus illis eleemoſyna fieri non pōt, vt de rapina ꝛ furto. Uel vbi trāſfert, ſed dat repetitio: ſimiliter eleemoſyna fieri non pōt, vt in vſura et re per metum extorta, ꝛ etiam in ſimonia. Ubi autem transfertur dominium, ꝛ nō competit repetitio, eleemoſyna fieri pōt: vt de re per meretriciū acquiſita, et de re que datur hiſtrioni: vt. ĩ. c. q̄ habetꝫ. ꝛ ca. nō ſane. Qꝫ dicitur: non accipies mercedē ꝓſtibuli: non obſtat q: oblatio licet de ea fieri non poſſit: nō ꝓhibet q̄n eleemoſyna fieri poſſit. ꝛ quod dicitur: Honora dn̄ꝫ de iuſtis laboribus, non prohibet quin idem de aliis.

¶ Quod vero quidam generaliter dicūt ꝙ de nullo illicite acquiſito poteſt fieri eleemoſyna, nec de meretricio, nec de vſura, nec de alea, nec de hiſtrionatu, nec de ſimonia. Scriptū eſt enim: Honorabis dominū deum tuum ex iuſtis tuis laborib⁹. j. q. j. non eſt putāda. ꝛ in Deut. dicit. Nō accipies mercedē proſtibuli. ꝛ eſt arg. ad hoc. ĩ. e. eleemoſyna. ꝛ. xxxij q. iiij. ſicut nō ſunt. nam illicite acquiſita nō ſunt in bonis noſtris, nec noſtra: vt ff. pro ſol. cū duobus. §. vlti. Alij dicūt ꝙ ſi de illicite acquiſitis non tranſfertur dominiū: vel etiam trāſfertur ſed cōpetit repetitio: nō poteſt tamē fieri eleemoſyna: vt in vſura: argu. ex de iureiu. debitores. ꝛ ſi ſimonia: vt extra de ſimo. veniēs. Sed ſi nō dat repetitio ꝛ trāſfertur dominiū, bene fit inde eleemoſyna: vt ſi aliquid datur meretrici, illud nō poteſt repeti: vt. ff. de cōdi. ob tur. cau. idē ꝛ ſi. §. q̄tiēs. vnde de tali pōt meretrix facere eleemoſynā. Idem de eo eſt quod datur hyſtrioni: et de eo quod extorquetur ratione officij alicui⁹: vt. ĩ. e. non ſane. Qꝫ autem dicitur ꝙ ſacerdos nō poteſt percipere mercedē proſtibuli: poteſt dici ꝙ non debet recipi oblatio meretricis: licet eleemoſyna poſſit inde fieri. et hec eſt ratio: vt propter ruborem citius cōuertatur: vt xc. diſt. oblationes. ꝛ. xvij. queſt. iiij. miror. Sed de illis que ſunt extorta per violentiā: nō ratione officij alicuius vt de rapina ꝛ de furto: nō poteſt fieri eleemoſyna. Dicūt tamē quidā ꝙ ſi res furtiua vēdatur: de nummis illis pōt fieri eleemoſyna: q: nō ſunt nummi furtiui qui dātur pro re furtiua: vt. ff. de fur. qui vas. §. vlt. quod non credo: vt extra de vſu. cum tu. in fi.

a ¶ Nolite. ¶ Uſurꝫ. Hic inculcatio verborum eſt: et fen⁹ dicitur vſura vſurarum. vnde Lucanus. Hinc vſura vorax, auidūq; in tempore fenus.

Immolans. ¶ Caſ⁹. Auguſtin⁹ in hoc ca. reprehēdit illos q̄ ex male acquiſito faciūt oblationes. Naꝫ qui offert ſacrificium vel oblatiōes ex iniuſte acquiſito: ſimilis eſt illi qui interficit filium in conſpectu patris. naꝫ qui rapit pauperibus, ꝛ qui ſanguinē fundit humanum, homicida reputatur ꝛ ſilēs ſunt in malo. Immolās. i. immolantis.

b ¶ Iniquorum. ĩ. j. q. j. null⁹. ꝛ. ca. non eſt putāda.

c ¶ Nec in multitudine. ſed in meritis: vt. xxiiij. q. j. odi.

d ¶ Sanguinis. ſupra. lxxxvj. diſtinct. paſce.

e ¶ Fratres. i. pares ſiue ſimiles in peccato. ĩ. e. c. multi. ꝛ de pe. diſt. j. homicidiorum.

Forte. ¶ Caſ⁹. Quidā putāt ſe nō peccare ſi auferāt auaro ꝛ diuiti vt pauperib⁹ largiant. ſꝫ dicit Augu. ꝙ tales diabolica ſuggeſtione mouent: q: q̄ talia faciunt, addunt iniq̄tatē iniq̄tati.

f ¶ Nō habebo. nec em̄ ꝓpter bonū eſt faciēdū malū: vt. xxx. q. j. noſſe. xxxij. q. iiij. ſicut nō ſunt. nō videt tn̄ ꝙ talis furtū cōmittat: q: furtū nō fit niſi adſit animus lucrādi: vt. ff. de fur. l. j. ſꝫ nō eſt ita: q: ſpecies lucri eſt ex alieno largiri: vt. ff. de fur. ſi pignore. §. j.

Si q̄d inueniſti. ¶ Caſ⁹. Dicit Aug. in hoc ca. ꝙ ſi aliq̄s inuenit aliq̄d, ꝛ animo lucrādi retinuit. talis dicit raptor. nam qui alienū negat: ſi inueniret alienum tolleret, ꝛ dolet ꝙ plus nō inuenit. deus enim reſpicit cor, ꝛ non manum.

g ¶ Si quid inueniſti. Hic notabis ꝙ ſi inueni rem aliquam habitā ꝓ derelicto: licet intendā eam furari: nō tn̄ cōmitto furtū. Itē ſi nō habet ꝓ derelicto, credo tn̄ ꝙ habeat ꝓ derelicto: ſilr nō cōmitto furtū. ſi autē nō habetur ꝓ derelicto, nec credas ꝙ habeat: ſi eo aīo acceptiſti, vt dn̄o reſtituas: nō cōmittis furtū: hoc tn̄ in libello debes preſtari. hoc totū habes. ff. de fur. falſus. §. qui alienū. Item ꝛ hoc ſcias ꝙ ſi q̄s inuenit theſau-

---

Marginalia: De hoc no. cꝫ ꝺ deci. ex tranſmiſſa. — Eccl. xxxiiij. c. — Facit ad hūc tex. l. cū hi. cum ibi not. ff. ꝺ trāſ act. — Eleemoſyna vtrū fieri poſſit ꝺ illicite acq̄ſitꝫ. — Malū ꝓpter bonū n̄ eſt faciēdū. — Ad hoc plene ex ne cle. vel mona. c. iiij. — Furari intēdēs q̄n q; furtuꝫ nō committit.

Theſaurus inuētꝰ cuiꝰ eſt. rū in loco ꝓprio, ſtatim inuētoris eſt. ſi autē in loco alieno, ⁊ caſu fortuito eū inuenerit, dimidiꝰ ſit inuētoris, ⁊ dimidius ſit dn̄i loci. ſi vero ſtudioſe queſiuit, ⁊ inuenit eū in loco alteriꝰ, totus erit dn̄i loci. ſi vero in ſacro vel religioſo loco caſu fortuito inuenit theſaurum, totꝰ eſt inuētoris: vt inſti. de re. diui. §. theſaurꝰ. ⁊ C. de theſau. l. uēo. li. x. Jo.

a Multi. Dicunt. Iſti male dicūt: qȝ oēs ſcire debēt qđ ſuū nō eſt ad alios ptinere: vt. C. vnde vi conquerebaſ.

Neqȝ. Caſꝰ. In hoc capi. oſtēdit Aug. ꝙ malū pcedēs (vt rapina vel inuaſio) nō excuſatur propter bonum ſequens. ⁊ hoc probatur duobus exemplis: ſcȝ primo ⁊ tertio. Et econuerſo bonum precedēs nō vitiatur malo ſequēti. ⁊ hoc ꝓbat duobꝰ exemplis. ſ. ſcđo ⁊ quarto. Et not. ꝙ prima duo exēpla opponūtur ſibi: et ſequētia duo ſimiliter. Scđm exemplum eſt ibi: Neqȝ ſi al's. Tertiū ibi: Nec tyrannice q̄rtum ibi: Nec vituperetur ordo.

b Juſtificat. argu. ꝙ bonum non improbaſ propter malū coherēs: nec malū approbatur ꝑpter bonū coherens: † vt. lvj. diſ. vndecūqȝ. et. xxiij. q. v. relegētes. Argu. cōtra. xxij. q. ij. ſi q̄libet.

c Laudabilis. id eſt lȝ iniuſte electꝰ bene vtaſ dignitate, per hoc nō cōualeſcit dignitas: vt. j. q. j. principatus. hoc tamē falſit: vt extra de renun. niſi.

† Ad hꝰ. xvj. qō. ꝯſuetudo. xxxij. q. ij. §. his ita. ⁊ c. dcq̄d. xj. q. iij. q̄ recte. Arg. ꝯ. xxxiij. q. v. ſūc ſaluabitur. ar.

d Iniuſta. i. iniuſte acq̄ſita. Omnis em̄ poteſtas a deo eſt. arg. xxiij. q. j. quid culpatur.

Deniqȝ. Caſus. Queſitum eſt ab Ambro. vtrū in cauſa pecuniaria que vertitur inter aliquos, poſſit ſacerdos pro altero licite poſtulare? Et reſpō. ꝙ non: quia cōmodius eſt vt neuter iuuetur q̄ grauetur alter: quia ad officium ſacerdotis ſpectat vt nemini noceat, ſed proſit omnibꝰ. ⁊ facit principium. c. ad propoſitum Gratiani: ſcȝ vt alienū nō auferam vt alteri ſubueniam, pecuniariter maxime.

e Deniqȝ. Sic. xj. q. iij. nolite. cum ſuis cōcor. ⁊. xiiij. queſt. ij. non eſtimemus.

Qui de rebus conceſſis ⁊ bene queſitis eleemoſynā impendit, illa placet deo.

Eleemoſyna redēptoris noſtri ocl̄is illa placet q̄ nō ex illicitis et iniq̄tate cōgeriſ: ſed que de rebꝰ cōceſſis ⁊ bene acq̄ſitis impendiſ.

Item Hiero. in lib. Leuitici.

Peccat qui rem inuentam non reddit.

Multi ſine pctō putāt eſſe ſi alienuȝ qđ inuenerint teneāt, ⁊ dicūt a: deꝰ mihi dedit: cui habeo reddere? diſcāt hoc pctm̄ ſimile eſſe rapine, ſi q̄s inuēta nō reddat.

Item Auguſti.

Bonꝰ vſus nō iuſtificat iniuſte queſita.

Neqȝ enim ſi agris iniqueac perperā iuaſis ita quiſq̄ꝫ vtatur vt ex eorum fructibꝰ largas eleemoſynas faciat, ideo rapinā iuſtificat b. Neqȝ ſi al's ruri paterno vl' iuſte queſito auarꝰ incumbat, ideo culpanda eſt iuris ciuilis regula qua poſſeſſor legitimꝰ factus eſt. Nec tyrānice factionis peruerſitas laudabilis c erit, ſi regia clemētia tyrānus ſubditos tractet. Nec vituperet ordo regie poteſtatis, ſi rex crudelitate tyrānica ſeuiat. aliud eſt nāqȝ iniuſta d ptāte iuſte velle vti: et aliđ eſt iuſta ptāte iniuſte velle vti.

Itē Amb. in lib. de officiis.

Cū alteriꝰ detrimēto alteri ſubuenire nō licet.

Deniqȝ e ſi nō pōt ſubueniri alteri niſi alter ledaſ, cōmodiꝰ ē neutrū f iuuari q̄ꝫ grauari alterū. ideoqȝ ĩ cauſis pecuniariis iteruenire nō g eſt ſacerdotale: ĩ q̄bꝰ nō pōt fieri q̄n frequēter ledaſ alter q̄ vinciſ: q̄m interceſſoris bn̄ficio ſe victuȝ arbitraſ. Sacerdotis eſt igiſ nulli nocere, ꝓdeſſe velle oībꝰ: poſſe autē ſolꝰ dei eſt.

Itē Greg. in regiſtro.

Eleemoſyne ⁊ ſacrificia nō placēt deo q̄ offerunſ ex ſcelē.

Scriptū h eſt: Victime impiorꝫ abomīabiles ſunt deo: vota iuſtoruȝ placabilia. neqȝ em̄ in oīpotētis dei iudicio q̄d, ſed a quo deſ inſpiciſ. Hinc eſt em̄ quod ſcriptū eſt: Reſpexit deus ad Abel, ⁊ ad munera eiꝰ: ad Cain aūt ⁊ ad mūera eiꝰ nō reſpexit. Dicturus q̄ppe q̄a dn̄s reſpexit ad munera, premiſit ſolicite qȝ reſpexit ad Abel. Ex q̄ re patēſ oſtēdiſ, qȝ nō offerēs a muneribꝰ ſȝ munera ab offerēte placuerūt. dona quippe iniquorꝫ nō ꝓbat altiſſimus: nec reſpicit in oblationibꝰ eoruȝ: nec in multitudine ſacrificiorū propitiabitur peccatis eorum.

Idem. Longe eſt dn̄s ab impiis: et orationes † eorꝫ nō exaudiet. Scōtra in Exodo legitur ꝙ filii Iſrael exituri de Egypto a vicinis ſuis acceperūt mutuo vaſa aurea ⁊ argētea: ex q̄bus poſtea edificauerunt tabernaculum dn̄o.

His reſpondet Auguſt. in libro queſtionum Exodi.

f Neutrū. Ar. ꝙ nulli ſubueniēdum eſt cum iniuria alteriꝰ: vt. xxij. q. ij. primū. † ⁊ cauēdum eſt ne pretextu nocentis innocens puniaſ. C. de his q̄ latro. oc. l. ij. in fi. qȝ ſanctiꝰ eſt ⁊ c̄. ff. de pe. abſentē et pena ſuos tenebit authores. C. de pe. ſancimꝰ. extra de his q̄ fiūt a maio. parte, ca. queſiuit. nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri: vt. ff. de re. iur. nō dȝ.

Puniri non dȝ alter p altero. † Arg. xxxij. q. iiij. ſicut non ſūt. xiiij. diſt. q̄d aūt. C. Sta. et ima l. vlti.

g Nō eſt ſacerdotale. Arg. ꝙ ſacerdotes non poſſunt aduocare in cauſis. vt h. ⁊. lxxxviij. diſti. perlatū. Arg. ꝯtra. xv. q. ij. obſeruandū. Sol. corā ſeculari iudice nō poſſunt allegare niſi ꝑ certis perſonis: vt extra de poſtu. c. j. ſȝ corā eccleſiaſtico bene. Joā. hodie ſacerdos non poteſt poſtulare niſi pro ſe ⁊ eccl'ia ſua: vel ꝑ ꝯiunctis ⁊ miſerabilibꝰ perſonis: vt ex. e. c. vlt. B.

Puer. xv. b. Geſi. iiij. c. Eccle. xxxiiij. c. Puer. xv. d. † Ab oſones iuſtorū exaudiet.

Scriptū. Caſus. Queſitū fuit a Greg. an de illicite acq̄ſitiſ poſſint facere peccatores ſacrificia vel oblationes. Et reſpondet ꝙ non: et hoc probat exemplo Cain ad cuiꝰ munera vel perſonam dn̄s nō reſpexit, cum malus eſſet ⁊ impius: ſed ad Abel ⁊ ad munera eius reſpexit. Dona enim iniquorum non ꝓbat altiſſimus, ſed bonorum.

h Scriptum. hoc ca. expoſitū eſt. §. iij. q. vij. in grauibus. §. ecce.

Cōtra. Hec eſt. ij. pars. q. ſȝ Jo. đ fā. Caſꝰ. Supra

probatū eſt ꝙ de furto vel rapina vel cōſimilibus elee‍moſyne vel oblationes fieri non debēt. Nūc ꝓbat con‍tra exemplo iudeoꝝ, q̄ de vaſis que mutuo acceperunt ab egyptijs, edificauerūt poſtea tabernaculum domi‍no. Sed huic obiectioni reſpondet Grat. per ſeq. ca.

dicitur a furto, ⁊ rapina, ſunt ſpecies illicite vſurpatio‍nis. ſed ſm ꝙ dicitur furtū contrectatio rei aliene inui‍to dn̄o, furtū non eſt ſpecies rapine, ſed econtra.

c ¶ Penale. i. dignum pena.

d ¶ Maioris. Magis enim delinquit raptor ꝙ̄ fur: vt inſti. vi bono. rap. in princ.

¶ Nō ḣ aliena rapere exēplo iſraelitaꝝ ſpoliātiū egyptios

Dixit dn̄s ad Moyſē. Petat vir a ꝓximo, et mulier a proxima vaſa argen‍tea ⁊ aurea, ⁊ veſtē. Non hinc quiſꝗ̄ ſumēdum[a] exemplum putare debet ad expoliādum iſto modo proximum. hoc em̄ dn̄s iuſſit q̄ nouerat q̄d quē‍ꝗ̄ pati oporteat. nec iſraelite furtū[b] fecerūt: ſed deo iuben‍te miniſteriū prebuerūt. Itē. Obijcitur. Aliena rapere nō eſt cōtra preceptū. nullo ſiqui‍dē dei mandato rapina videt̄ prohibita. Sed nomine furti oīs illicita vſurpatio rei alie‍ne intelligitur.

Unde Aug. in eodē lib.

¶ Maioris pn̄e eſt violēter aliquid eripere ꝙ̄ furari.

Penale[c] eſt occulte au‍ferre: multo maioris[d] pene eſt viſibilit̄ eripere. Au‍ferre ergo nolēti ſiue occulte ſiue palā ḣ ꝓceptū ſuū. Fur‍ti em̄ noīe bene intelligit̄ oīs illicita vſurpatio rei aliene. nō em̄ rapiuā ꝑmiſit q̄ furtū pro‍hibuit. ſ vtiꝗ̄ furti noīe in le‍ge veterꝭ teſtamēti ⁊ rapinā[e] intelligi voluit. a parte em̄[f] to‍tū ſignificauit q̄cq̄d illicite re‍rū ꝓximi aufert. His autho‍ritatibus ꝓbat̄ ꝙ neꝗ̄ ex re‍bus inuētis, neꝗ̄ ex male con‍quiſitis eleemoſynam quiſꝗ̄ facere poteſt. Sed Aug. con‍tra teſtatur dicens.

¶ De male acquiſitis bonū fieri poteſt.

Qui habetis aliquid de malo, facite īde bonū: q̄ non habetis de malo, nolite acq̄rere de malo[g]. Eſto tu bo‍nus q̄ bonū facis de malo: et cum ceperis aliquid boni fa‍cere de malo, noli remanere tu malus. nūmi tui ꝯuertunt̄ in bonū: ⁊ tu remanes mal⁹? Sed hoc multiplr̄ intelligit̄: Facit em̄ de malo bonum qui reddit[h] qđ illicite abſtulit. no‍mine etiā mali cura ⁊ ſolicitu‍do mortaliū exprimit̄. de ma‍lo ergo bonū facit qui paupe‍ribus diſpēſat qđ cū labore et ſolicitudine acquiſiuit: iuxta illud euangelij. Facite vobis amicos de mām̄ona[i] iniq̄tat̄. Uel ex malo acquiritur qđ ex turpi cauſa poſſidetur: veluti cū mathematic⁹ ex arte quā docet, vel ex futuris que pre‍nūciat, nōnulla lucrat̄. Que vero de malo ſic acquirūtur in bonum poſſunt cōuerti. de peccato etiam aliqua nōnun‍ꝗ̄ acquirunt̄, que pauperib⁹ iuſte erogantur.

Unde Aug. ad Macedo.

¶ Que male acquirūtur, ali‍quādo bene poſſunt expēdi.

Dixit. ¶ Ca‍ſus. Queſi‍tum fuit ab Aug. vtrū exemplo iu‍deoꝝ qui egypti‍os expoliauerunt auro ⁊ argēto, poſ‍ſit quis ſuum pro‍ximū ſpoliare? Et reſpondet ꝙ non. nec iudei furtū fe‍cerunt: ſed prece‍ptū dn̄i ſeruauert̄. (Exo. iij. g.)

a ¶ Sumendum exemplū. Arg. ab exemplis non eſſe argumentandum xij. q. ij. gl̄ia. ꝭ. ne‍ꝗ̄ vero. (iij. ps.) Arg. con‍tra. xxxvij. diſ. qui de menſa.

b ¶ Furtū. Arg. ꝙ hoſtes poſſum⁹ decipere, ⁊ eis ſua auferre vt. xliij. di‍ſtin. in mandatis. xxiij. q. vij. c. j. ⁊ ij. ꝭ. diſt. viij. quo iu‍re. ⁊ C. de ꝯmer. ⁊ merca. l. ij. Hic ta‍men ideo excuſan‍tur, quia maioris anthoritate hoc fe‍cerunt. ⁊ ita eſt ar‍gu. hic ꝙ authori‍tas maioris excu‍ſat in illicitis: vt lxiij. diſtin. ſaloni‍tane, et de conſec. diſt. v. diſcipulos. xxiij. queſtio. j. q̄d culpat̄. ſic Abra‍ham et Sampſon et alij multi fue‍runt excuſati au‍thoritate domini: vt. xxiij. q. v. ſi nō licet. argu. contra xvj. queſtio. i. i ca‍nonibus, et. xij. queſtio. ij. quicunꝗ̄. (Delicta excuſant̄ authoritate maioris.)

¶ Obijcitur. ¶ Hec eſt. iij. pars. q. in qua querit̄ vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita, et probat ꝙ ſic per ca. ſeq. Jo. de fan.

¶ Caſus. Adhuc ꝓbat Grat. ꝙ ex illicite acq̄ſito velut ex rapina poſſūt eleemoſyne fieri, nā rapina nullo dei mandato videtur eſſe prohibita. ſed reſpondet ꝙ cum furtum ſit prohibitum, omnis illicita vſurpatio intelli‍gitur eſſe prohibita: vt probatur.

Penale. ¶ Caſus. Docet hic Aug. ꝙ mai⁹ eſt pctm̄ rapere manifeſte, ꝙ̄ occulte furari: ⁊ ꝙ noīe fur‍ti in lege veteri rapina ⁊ oīs illicita vſurpatio intelligi‍tur. A parte em̄ totū ſignificat̄. A parte. Furtū ſm ꝙ

e ¶ Rapinā. ar. ꝙ aliquo ꝓhibito prohibita ſunt oīa ſimilia: vt ex̄ de cō‍ſti. trāſlato. ⁊. ꝭ. di‍ſtin. iiij. deniꝗ̄. in fi. ⁊ q̄ ſequūt̄ ex il‍lo. ex̄ de cōſti. nam concupiſcentiam.

f ¶ A parte em̄. ſi. xxxij. qō. iiij. me‍retrices. eſt autē furtū pars rapine eodem modo quo genus eſt ps ſpe‍ciei. rapina em̄ eſt ſpecies furti: nam oīs raptor eſt fur, vt inſti. vi bo. rap. in princ.

¶ His anthorita‍tib⁹. ¶ Caſ⁹. Con‍cludit Gra. ex oī‍bus ſupradictꝭ. c. a pric. q. ꝙ ex reb⁹ male acq̄ſitis elee‍moſyna fieri non debet. poſtea pro‍bat contrarium. (Luce xvj. c.)

¶ Sz aug. ¶ Hec eſt q̄rta pars. q. in qua đr ꝙ de q̄buſ‍dā male acq̄ſitis q̄nꝗ̄ trāſit dn̄ium ⁊ tūc pōt fieri elee‍moſyna. Jo. đ fā.

Qui habetis. ¶ Caſ⁹ Do‍cet hic Augu. ꝙ q̄ ḣ pecuniā de ma‍lo acquiſitā: ꝯuer‍tat illā in bonū, et ipſe mal⁹ nō rema‍neat. abſit em̄ vt nūmi tui cōuertā‍tur ī bonū: ⁊ tu re‍maneas malus.

† Non minꝰ: cū ꝑcedat culpa: qr ꝑut đt Au‍gu. pl⁹ frauda‍tor ledi‍tur dā‍no ino‍cētie ꝙ̄ ali⁹ dā‍no pe‍cunie. Pet.

g ¶ De malo. Gra. trib⁹ modis exponit illud verbū, facite de malo bonum, ⁊ bene ⁊c̄.

¶ Sed hoc multipliciter. ¶ Caſ⁹. Exponit Gra. hic qđ dictū eſt ſupra in precedēti ca. vbi đr ꝙ de malo pōt q̄s facere bonū. ⁊ exponit illa verba tripliciter. Primo đr de malo facere bonū cū reddit q̄ illicite abſtulit. Scđo cū paupib⁹ diſpēſat ea q̄ cū malo. i. cura ⁊ ſolicitudine acq̄ſiuit. ⁊ hoc ꝓbat authoritate euāgelij dicētis. Faci‍te vobis amicos de mām̄ona iniq̄tatis. Tertio, cū bonū quis expendit. i. qđ ex arte mathematica acquiſiuit.

h ¶ Reddit. vt in furto ⁊ rapina ⁊ in talib⁹ oibus vbi non transfertur dn̄ium, nec datur repetitio.

i ¶ De mām̄ona. Mām̄on đr demon, q̄ ꝑeſt diuitijs.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOn ſane. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit ꝙ pſone poſſint vendere ſuum patrociniū vel laborem: vt medici, operarij, aduocati, ⁊ officiales. ſ; officiales ab vtraqꝫ parte recipiūt: alij vero tm̄ ab vna. Sūt et alie pſone que vēdere nō poſſunt: vt iudices ⁊ teſtes, qui magis peccant ſi pecuniā pro falſis et iniquis iudicijs ⁊ teſtimonijs accipiūt, ꝙ ſi accipiūt pro veris. In ſcḋa parte dr̄ ꝙ illḋ qḋ officiales acqͥrunt rōne officij etiam cū peccato, poſſūt pauperib⁹ erogare. que ꝟo furto vł rapina vel inuaſione acquiruntur, non ſunt pauperibus erogāda. Secūda ibi: Iſti ſi viā. Et ſcias ꝙ Hu. intelligit illud verbū: iſti ſi viā. de oībus ſupradictis: ſcil; iudice, aduocato, teſte, officiali, et iuriſperito.

a ¶ Auferṫ. Per iudicem.

b ¶ Nec medico. premittit eni; hic medicos quaſi digniores, cū tamen medici nō ſint maioris valoris ꝙ obſtetrices, vt. C. cōmu. de leg. ſi duobus. j. reſpon.

c ¶ Patrociniū. Hoc eſt ↄtra Gra. qui dicit nihil poſſe recipi pro iuſto patrocinio: vt no. xi. q. iij. nō licet.

d ¶ Ille. arg. cōtra illos qui dicūt ſi dedi tibi pecuniā vt pro me iudicares in iuſta cauſa ꝙ non poſſum repetere pecuniā datā: vt. ff. de cōdi. ob tur. cau. l. ij. vbi dr̄ ꝙ talis litē pdit, qꝛ videṫ velle iudicem corrūpere. Ego credo ꝙ poſſit talis repetere pecuniā ſi nō eo aīo dat vt iudicē corrūpat: nā ſi dat eo aīo vt ius ⁊ quietem ſibi ↄſeruet: tūc pōt repetere: vt ꝓbaṫ ex̄ de ſim. dilect⁹. ſ; ibi diciṫ ꝙ repetit ſi nō ſeruaṫ pactū.

e ¶ Accipiunt. Sportulas.

f ¶ Amouetur. Uidetur diſtinguere īter perpetuos et temporales officiales. Temporalem vocat eum qui amouetur: perpetuum vocat eum cui perpetuo admouetur id eſt traditur tale officium.

g ¶ Repeti. De facto.

h ¶ Magiſqꝫ. Hic vult dicere ꝙ officiati reprehēduntur nō ex eo ꝙ aliqua extorquent, ſed qꝛ ea immoderate exquirūt. vnde talia non repetuntur ab eis, niſi certum ſit eis ſalariū conſtitutū: tūc enim ſi aliquid vltra hoc petierint, crimine concuſſionis teneṅ: vt. xxiij. q. j. militare. ⁊ ſoluent quadruplum. xviij. diſt. quoniam.

i ¶ Neceſſarie perſone. ad officium tale.

k ¶ Tanꝙ ſua. Argu. ꝙ de rebus illicite acquiſitis, dum tn̄ transferaṫ dominiū in accipientem, fit eleemoſyna: vt. ſ. eo. qui habetis.

l ¶ Donanda. pauperibus.

m ¶ zacchei publicani. qui dixit: Si quem defraudaui, reddo quadruplū. ⁊ ſic ptz ꝙ licite quadruplu; vł duplū peti pōt vt. xij. q. ij. cum de notiſſimam.

Cōc. l. diu⁹. cū not. ff. de re iudi. et bal. i. l. cōparationes. C. de ſi. inſtru.

Adde qñ dn̄t recipe: no. glo. et Cy. i l. j. C. ḋ ſuff.

NOn ſane quicquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur[a]. nam pleriqꝫ nec medico[b] volūt reddere honorem ſuū, nec operario mercedem: nec tamē hec que ab inuito accipiūtur, per iniuriam accipiūtur: que potius p iniuriā non dareṅ. Sed nō ideo debet iudex vendere iuſtū iudicium, aut teſtis teſtimoniū verū, qꝛ vēdit aduocat⁹ iuſtū patrociniū[c], iuriſperitus verū ↄſiliū. Illi eñ inter vtrāqꝫ partē ad examen adhibētur: iſti ex vna parte ↄſiſtunt. Cū autē iudicia et teſtimonia, q̄ nec iuſta nec vera vendenda ſunt, iniqua et falſa venduṅ: multo ſceleratius vtiqꝫ pecunia ſumiṫ, qꝛ ſcelerate etiā ꝙ uis a volentibus datur. Ille[d] tn̄ ſolet male ſibi ablatam pecuniā repetere, qui iuſtū iudicium emit: qm̄ venale eſſe nō debuit. Qui vero ꝑiniquo iudicio dedit: vellet quidē repetere, niſi timeret vel puderet emiſſe. Sūt alie perſone inferioris loci que ab vtraqꝫ parte nō inſolenter accipiunt[e], ſicut officialis et q̇ amoueṫ[f], et cui admoueṫ officium: ab his extorta p immoderatā improbitatē repeti[g] ſolēt: magiſqꝫ[h] reprehendimus qui talia inuſitate repetierunt, ꝙ qui ea de more ſumpſerūt: quoniam multe neceſſarie perſone[i] rebus humanis vel inuitantur hmōi cōmodis vel tenentur. ¶ Iſti ſi viam vite mutauerint aut excellentioris cōſcenderint ſanctitatis gradū: facilius ea que hoc modo acquiſierunt, tanꝙ ſua[k] pauperib⁹ largiūtur, ꝙ eis a quibus accepta ſunt, tanꝙ aliena reſtituant. Qui vero cōtra ius ſocietatis humane furtis, rapinis, calumnijs, oppreſſionibus, inuaſionib⁹, aliqua abſtulerint: reddenda potius ꝙ donāda[l] cenſemus zacchei publicani[m] exemplo.

¶ Queſtio.vi.

QUod vero[n] penitentia agi non poſſit niſi res aliena reddatur, teſtatur Auguſti. in epiſtola ad Macedonium.

¶ Penitentia non agitur ſi aliena res non reſtituatur.

SI res aliena ꝓpṫ quā pctm̄ eſt, reddi poſſit ⁊ nō redditur, pnīa nō agitur,

Quod vero. Hec. q. diuiditur ī quatuor partes: in prima quarū probat per ca. Aug. ꝙ nō agitur pnīa digna ſi res non reſtituiṫ. Scḋa ibi: Si ꝟo. Tertia ibi: Pro mal;. Quarta ibi: Furtum autem. Jo. de fan.

¶ Caſus. Hic intitulaṫ. vj. q. in qua queritur vtrū q̇s penitere poſſit niſi reddat aliena? Et reſpon. ꝙ non, ſi pōt reddere ea vel eorum eſtimationem.

n ¶ Quod ꝟo. ſi ne ſint raptores ſi ne fures, verā penitētiā nō poſſunt agere. i. fructū vere penitētie nō cōſequuntur: vt. j. e. ca. j. tamen admitti debent ad penitentiā: vt ex̄ de peniten. et remiſſio. quod quidam. ⁊. ſ. de peniten. diſt. iij. §. vlti. ⁊ diſtin. v. falſas.

Cōc. ter. i. l. j §. ē em ff. ḋ va. et ex̄ot. cog.

SI res aliena. ¶ Caſus. Macedonius de quatuor queſiuit ab Auguſtino. Primo, an dimittaṫ peccatum niſi reſtituatur ablatum? Et reſpondet ꝙ non, ſi poteſt reſtitui. Secundo, an fur poſſit verberari cu; ſe negat habere quod reddat: putatur tamen habere. Et reſpon. ꝙ ſic. Tertio, an eccleſia pro talib⁹ verberatis poſſit intercedere. ⁊ rn̄. ꝙ ſic, non vt ablata nō reddantur: qꝛ ſic ſocia criminis videretur. Quarto, an clerici debeant tales verberare, vel verberandos iudici tradere ſeculari. ⁊ rn̄. ꝙ nō: ſed minari ſibi humanum iudiciū aliquādo: diuinū ꝟo ſemp: quādoqꝫ clam: qñqꝫ manifeſte: prout peccatū eſt occultū vel manifeſtū: vel prout exigit diuerſitas pſonarū. Scḋa reſpōſio eſt ibi: Huic certe non. Tertia ibi: Sed nō in humanū. Quarta ibi: Sed nunquid. Nos ſupple clerici.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

s ¶ Niſi reſtituatur. videt hic ꝙ quantocūq; tēpore quis alienam rem poſſederit, ꝙ non currit in ea preſcriptio: vt.xxxiiij.q.ij.ſi virgo. nā diuturnitas tēporis nō minuit ſed auget peccatū ⁊ aggrauat: † vt.xxiiij.q.j. ſchiſma. vnde in preſcriptione reqrit bona fides a principio et in medio ⁊ in fine ⁊ ex oī tēpore pſcriptionis: vt extra de preſcrip. qm̄ omne. Tu dicas ꝙ ſi ex oī parte preſcriptiōis habuit bonā fidē: tūc res illa facta ē ſua de beneficio iuris. vnde tunc non eſt dicendū ꝙ habeat cōſcientiā rei alienę: licet poſt tēpus preſcriptionis incipiat ſcire rem alienam fuiſſe: niſi velis intelligere. i. rei q̃ fuit aliena. Quidam ‡ tamē dicūt ꝙ ſi aliquis rē preſcriptā haberet ex cā lucratiua, tenetur ipſam reſtituere ſi remordet ipſum cōſcientia: q2 nihil deperire credimus eccleſie vtilitatibus ſi ea que ſunt aliena reddātur: vt.liiij.diſt.generalis. ſed ſi eam habet ex cauſa nō lucratiua, non tenetur: vt.ff.de his que l fran.cre.qui autē.§.ſi quid cu3 pupillo.

Preſcriptione cōpleta ſi ſuper ueniat mala fides an debeat reſtitui. † Ut ex̄ ḋ 2ſue. ca. vlti. ex̄ de ſi. mo. cū i eccl'ie. ex̄ ḋ eo q̃ dux. i ma. cu3 hret iu. pa ſi. ar.

‡ Ut ala. qđ dic vt no. ex̄ ḋ pſcrip. vigilāti ⁊ decō: ceſ. preben. ca. nulla. Ar.

ſed ſimulat. ſi autem veraciter agitur, nō remittit peccatum niſi reſtituat[a] ablatū: ſi (vt dixi) reſtitui pōt. plerūq; em̄ qui aufert, amittit ſiue patiendo[b] malos, ſiue ipſe male viuendo nec aliud h3 vnde reſtituat. ¶ Huic certe non poſſum⁹ dicere, redde[c] qđ abſtuliſti: niſi cū habere credim⁹, et negare. verū quidē ſi aliquos ſuſtinet cruciat⁹[d] repēte dū exiſtimatur habere qđ reddat, non eſt iniqtas: q2 ſi non eſt vnde reddat ablatā pecuniā: tñ du3 eā per moleſtias corporales reddere cōpellit: pcti[e] q̊ male ablata eſt, penas luit. ¶ Sed nō inhumanū eſt etiā ꝓ talib⁹ intercedere[f], nō ad hoc vt minime reſtituant aliena: ſ3 ne fruſtra homo in hominē ſeuiat. ⁊ paulopoſt. Illud ꝟo fidētiſſime dixeri, eū q̃ ꝓ hoīe ad hoc interuenit, ne male ablata reſtituat: et q̃ ad ſe cōfugientem (quātū honeſte pōt) ad reddēdū nō cōpellit: ſociū eſſe fraudis et criminis. nā miſericordi⁹ opē noſtrā talib⁹ ſubtrahimus[g] q̃ impēdimus. Nō em̄ opē fert q̃ ad peccandū adiuuat: ac nō poti⁹ adiuuat[h], ſed obuiat ſubuertēdo atq; opprimēdo. Sed nūquid nos ideo aut exigere[i] aut exigendū tradere[k] vel poſſumus vel debemus? Agim⁹ quātū ep̄alis facultas dat: ⁊ humanū q̃dē nō nūq̃, ſ3 maxime ac ſemp diuinū iudiciū cōminātes. Nolentes autē reddere q̊s nouimus et male abſtuliſſe, ⁊ vnde reddāt hr̄e: arguim⁹, increpam⁹, obteſtamur, quoſdā clā[l] quoſdam palā[m]: ſicut diuerſitas[n] pſonarū diuerſam videt poſſe vel velle accipere medicinam.

Si vero rē alienā q̊s cōſecrauerit: nō eandē, ſed eſtimationem eius reſtituere debet.

Unde Grego.

¶ Qui rē alienā cōſecrat, ei⁹ eſtimationē reſtituat.

COmperim⁹ nullā extitiſſe cauſa3 ꝓ q̃ res eorū potuiſſent rōnabiliter a te occupari, atq; eas inconſulte ac temere conſecrari. idcirco experiētie tue precipimus vt quia qđ ſemel cōſecratum eſt eis[o] non valet vltra reſtitui:

i ¶ Exigere. i. penas corporales infligere. S3 nonne clerici poſſunt vel eccleſia pōt penas corporales infligere: vt.v.q.v.illi q̃.⁊.xxiiij.q.v.circuncelliones? Reſpondeo, poteſt vel poſſunt, ſed nō tātas quātas ſecularis iudex, non enim poteſt punire quantū ad mēbri mutilationem: vt extra de rapto. in archiepiſcopatu.

Pena corporalis ab eccleſia pōt infligi.

k ¶ Tradere. ſi ergo cleric⁹ cepit furem in domo, non tradet ipſum iudici. ſed ſi iudex furē captū ei abſtulerit vi, non imputat clerico. alioqñ licite auferrentur clericis ſua: vt.xxiij q.v. vnum ſolum. Item nec clericu3 depoſitum tradet eps̄ iudici. extra ḋ iud. at ſi clerici. Ut dic ꝙ clerici tales maleficos poſſunt tradere curie: non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem, ſed alio modo: vt extra de iude. ita quorūdā. et xj.q.j.ſi quis ſacerdotum. †

Cleric⁹ an poſſit furē tradere iudici.

ij.ps.

l ¶ Clam. ſi eſt occultū.ij.q.j.ſi peccauerit.

m ¶ Palā. Si eſt manifeſtū. vj.q.j. ſi omnia.

n ¶ Diuerſitas. argu. ꝙ ſm̄ diuerſitatē perſonaru3 diuerſe pene ſtatuunt: vt.xij.q.ij. fraternitas.xxiiij. q.iij.corripiant.

† De hoc etiā no.xxiij q.iij. maximian⁹. ibi videas. ⁊ ij.q.vij laicos. Archi.

b ¶ Patiendo. i. permittēdo ꝙ alij male ei auferāt.

c ¶ Redde. hoc intellige quando fur vel raptor non eſt ſoluendo. ſed ſi eſſet ſoluēdo: licet res quam abſtulerit, ſine culpa ſua periiſſet: tamē tenet reddere eſtimationē ipſius: vt.C. de fur. ſubtracto.

d ¶ Cruciatus. Arg. ꝙ qui pauperes ſunt, ⁊ nō ſunt ſoluēdo, ſemper verberādi ſunt pro debito: vt.xij.q.ij. fraternitas. et in.l.libertus. et hoc eſt verum vbi cōueniuntur ex maleficio. ſed ſi cōueniuntur ratione cōtractus alicuius, tūc ſufficit cedere bonis: vt.C.qui bo.ce. poſ.l.vlti.

Paupl'bus qñ ꝙ ſufficit bōis cedere.

e ¶ Peccati. ergo adhuc non eſt liberat⁹ a debito, ſed tantū a pena. vnde ſi poſtea peruenerit ad pinguiorē fortunā, eque pōt 2ueniri ſicut ille q̃ ex aliquo 2tractu eſt obligat⁹. inſti. de ac. §. vlt. ⁊ ex̄ de ſol. odoardus.

f ¶ Intercedere. vt.xxiij.q.v. reos. xvij.q.iij. reū. ⁊ eſt hic arg. ꝙ cleric⁹ in foro ſeculari pōt aliquē defendere in cauſa ſanguinis: vt.xxiij.q.v.c.j.ij.⁊.iij.

g ¶ Subtrahim⁹. Arg. ſ. v.q.v. non omnis.

h ¶ Adiuuat. Arguit ꝙ nō debem⁹ dños noſtros iuuare in illicitis. xj.q.iij. ſi dñs. ⁊ ca. nō ſemper.

¶ Si vero rē alienam. ¶ Hec eſt ſecunda pars. Jo. de fan.

¶ Caſus. Dictū eſt ſupra ꝙ res aliena dño reſtitui debet. Nunc vero ponit Gra. caſum in quo non ipſa ſed ei⁹ eſtimatio eſt reſtituēda, puta cū res aliena fuerit cōſecrata. ⁊ ob hoc inducit ſequens ca.

COmperimus. ¶ Caſus. Aliquis rapuit argentū vel aurum. eps̄ hoc ſciēs, calices inde factos temere ⁊ inconſulte cōſecrauit. Precepit ergo Gregori⁹ cuidam vt cōpellat epiſcopum ad eſtimationē rei ablate, ⁊ non ad rem ipſam cōſecratam. Et dicit Beneuē. ⁊ etiā Hugo. hoc innuit, ꝙ epiſcopus qui conſecrauit, ra proꝛ fuit illius argenti ⁊ auri.

o ¶ Eis. i. laicis: quia res ſemel conſecrata non debet ammodo ad prophanos vſus redigi: vt.xij.q.ij.aurū. et.j.de conſe.diſt.j.ligna. Si autē res illa fuiſſet alicuius eccleſie illi bene eſſet reſtituenda: vt.xij.q.ij.apoſtolicos. ‡ ⁊.xvij.q.iiij.queſti. aliud tamen eſt in re animata. Nam ſi ſeruus alicui⁹ fuit conſecratus, bene reſtituitur dño ſuo: vt.liiij.diſt. ex antiquis. ſed hoc ideo eſt, q2 cum ſeru⁹ ſit res aiata, delinquit permittendo ſe

‡ Ubi ḋ hoc ibi loqt de monaſterio ḋ reb⁹ eccleſie cōſtructo qđ d3 reddi ipſi eccl'ie ſm̄ L. ⁊ h⁹ etiā no. Ray. in ſū. de iſmu. ec. §. item pone. Archi.

ordinari.ſz res inanimata in nullo delinquit, vt vides in ſimili.vij.q.j.epiſcop⁹ in dioceſi.Eandem rationem aſſignat lex φ ſi neſcio vbi ſit ſeruus me⁹, nõ ideo poſſeſſionem ipſi⁹ perdidi.ſed aliud eſt in his que anima carent: vt.ff.de acquir.poſ.ſi rem mobilem.⁊.l.pomponius.in prin.

que ita committitur in muliere pulchra ſicut in turpi:ita in ancilla ſicut in ingenua:eque in paupere vt in opulenta.

b ¶ Quod furto. Huic obuiat quod dicit.ff.de abig.l.j.vbi perpenditur φ magis quis punit pro boue φ̃ pro oue:qr pro boue dat v.boues pro oue iiij. Sz dicas φ ibi dicit φ dabit.iiij.oues:intellige preter illã quã abſtulit. Item eſt contra extra de ſi.⁊ ſi queſtiones.vbi nõ cõmittit ſimonia in modico ſicut in magno.ſed intellige φ ita nõ preſumitur cõmitti in modico ſicut i magno.quandoq̃ tñ pro modico nec magis nec minus: vt de conſe.diſt.ij.re uera.in princi.vbi dicit φ oẽs in deſerto mortui ſunt: et tamẽ duo ex eis non fuerunt mortui:ſcilz Caleph ⁊ Joſue.lxxvj.diſt.ieiunium.ſic ergo pro minima re poteſt agi ỏ furto: vt hic.⁊ inſtit.de re.di.§.gallinarũ. licet actio ỏ dolo nõ det pro minima re: vt.ff.de dolo.idẽ.

Simonia nõ fit i modico.

Furti agit pro modico

c ¶ Fornicatiõe. H.dixit mag̃ peccari cũ pulchra φ̃ cũ deformi: quia mag̃ voluptuoſe cognoſcit pulchrã ſz in deformi φ̃ citi⁹ põt,abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: qa plura ſunt que ſuadent commiſceri pulchre φ̃ deformi,ſcilicz pulchritudo eius et libido.

iij. ps. Ex iſto tex. infert φ aliqñ q̃s rem ſuã vendere cõ ſit. con cor.tex. i.l.ſi.ff. ad legẽ iu.ð an no.dar. in.l.an nonã. ff.ỏ na. et ex. cri.

¶ Pro malis aũt. ¶ Hec eſt.iij.pars queſt.Jo.de fan.

¶ Caſus. Adhuc pbat Gratian⁹ φ eccleſia pro malis intercedere poteſt et non eos temere defẽdere.⁊ ad hoc inducit ſeq.ca.

Ii qui in furtis.¶ Caſ⁹. Quidã noie Roman⁹ Romane eccleſie defenſor latrones temere defendebat.q̃re Grego.pcipit ei ne fures iniuſte defendat,ne ex hoc ipſa infametur eccl'ia, ſed monendo ⁊ intercedendo opem ferat inquãtũ decet eccleſiam.

iiij.ps. Eccl'ie imunitate nõ oẽs malefactores potiunt. aliás furtũ.

a ¶ Iniuſte.i.nimis improbe ⁊ importune.et hoc verum eſt cũ ſcit aut credit eos iuſte cõdemnatos. Si autez fugerint ad eccleſiam,tũc omnibus modis quib⁹ poteſt tenetur eos defendere,niſi ſit public⁹ latro / vel nocturn⁹ depopulator agrorum: vt xvij.q.iiij.reum.⁊ ca.ſicut.⁊ extra de immu.eccle.⁊ inter alia. Si autez fuerit iniuſte cõdemnatus:tunc eccleſia tenetur eũ modis oĩbus iuuare. vnde iſtud eſt preceptũ:Eripe eum qui ducit ad mortem: vt.xxiij.q.iiij. non inferenda.

ſtudij tui ſit vt ipſe eps̃ debeat preciũ dare. ¶ Pro malis autẽ apð principes eccl'ia dz intercedere,non eos temerario auſu defendere.

Vñ Gre.Roma.defenſori.

¶ Eccleſia pro malis intercedat,non eos temerario auſu defendat.

Hii q̃ in furtis publicis implicati ſunt,a nobis non videantur iniuſte[a] defendi:ne opinionem male agentiuz ex indiſcrete defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus:ſed quantũ decet eccleſiã,admonẽdo,⁊ verbũ interceſſionis adhibendo,q̃bus valetis ſuccurrite vt alijs opẽ feratis,et opinionẽ ſancte eccleſie nõ inquinetis. Furtuz autẽ non tam in quãtitate rei φ̃ in affectu furantis conſideratur. Unde Hierony.in epiſtola ad Titum.

¶ Nõ ſolũ in maiorib⁹ furtuz cõmittit̃,ſz etiã in minorib⁹.

Fur ⁊ autẽ nõ ſolũ ĩ maioribus ſz in minorib⁹ etiã iudicatur.non eñ qð furto[b] ablatũ eſt,ſz mẽs furantis attẽdit̃. Quõ in fornicatiõe[c] nõ idcirco diuerſa ſit fornicatio ſi mulier ſit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupcula aut opulẽta:ſz qualiſcũq̃ illa fuerit,vna eſt fornicatio:ita in furto φ̃tũcũq̃ q̃s abſtulerit,furti crimẽ icurrit.

¶ Cauſa.xv.

Quidam ſacerdos crimie carnis lapſus eſſe perhibetur anteq̃ ſacerdotalem benedictionem cõſequeretur.poſtq̃ vero ſacerdotium adeptus eſt, in furorem verſus quendam interfecit.recuperata vero ſanitate,apud epiſcopũ accuſat̃ ab ea cum qua lapſus eſſe dicitur.eps̃ autẽ die dñico cauſam examinat. ſacerdos infitiatur crimen ſibi illatũ.quorũdam clericorũ ſibi patrocinia querit.illi vo non ſine precio ſibi patrocinantur.tandẽ eps̃ confeſſionẽ queſtionibus extorquet.demuz ſol⁹ ⁊ abſq̃ ſynodali audiẽtia illum ſentẽtia ferit. Querit̃ autẽ an ea q̃ mẽte alienata fiunt,ſint imputanda? Scðo:an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere? Tertio: an ex mulieris cõfeſſione iſte ſit cõdemnand⁹? Quarto: an die dñico eius cauſa ſit ventilanda? Quinto:an ſibi negranti purgatio ſit deferenda? Sexto:an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda? Septimo:an abſq̃ ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem dãnare? Octauo:ſi ſponte cõfeſſus eſt aut ab alijs conuict⁹ fuerit φ ante ordinationẽ peccauerit:an ſuſcepti ordinis officiuz exeq̃ ſibi liceat?

¶ Furtum autẽ.¶ Hec eſt.iiij.pars.q.ſm Jo.de fan.

¶ Caſ⁹. Quia ſupra facta eſt mẽtio de furto:ideo nũc oſtendit Gratian⁹ φ furtum magis conſideratur in affectu furantis,φ̃ in quantitate exteriori.⁊ ad hoc inducit ſequens cap.

Fur autem.¶ Caſ⁹. Oſtẽdit Hieronymus in hoc cap.φ furtũ ita committitur in re parua ſicut in re magna: vbi magis attẽditur mens furãtis,φ̃ quãtitas rei ablate. Et hoc pbat ad inſtar fornicationis,

Quidã ſacerdos.¶ Caſ⁹. Supra in prima cauſa tractatum eſt de auaritia que obumbrat mentem clericorum.ſed quia incontinentia idem facit,ideo ſubnectit.xv.cauſam,in qua de incontinẽtia tractat et de his que fiunt mente alienata,⁊ de alijs multis.que vt melius pateant,thema proponit de quo octo elicit queſtiones. ¶ Caſus thematis talis eſt.Quidam cuz eſſet clericus,fornicationem commiſit:poſtea ſacerdos factus furioſus quẽdam hominem interfecit.recuperata ſanitate mulier quã cognouit,ipſum apud epiſco.